





Colour Chart #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

DANES
PICTA
.COM





Colour Chart #13



JOHANNIS BUXTORFI
LEXICON
 HEBRAICUM
 ET CHALDAICUM:

2394
 2-430 *Complectens*
 OMNES VOCES, TAM PRIMAS
 quam Derivatas, quæ in Sacris Bibliis,
 Hebræa, & ex parte Chaldaæ lingua
 scriptis, extant:

*INTERPRETATIONIS FIDE, EXEMPLORVM
 Biblicorum copia, Locorum plurimorum diffici-
 lium ex variis Hebraeorum Commentariis expli-
 catione, auctum & illustratum.*

ACCESSIT LEXICON BREVE RABBINICO.
 Philosophicum, communiora vocabula con-
 tinens, quæ in Commentariis passim
 occurunt.

Cum INDICE LOCORUM SCRIPTURÆ
 & VOCUM LATINO.

EDITIO NONA, de novo recognita, & innumeris
 in locis aucta & emendata.

Cum Serenissimi Electoris Saxonie, S. Rom. Imperii Vicario
 Bibliotheca Provincialis
 Provinciale
 Placensis 1816.

BASILEÆ,

Typis & Sumptibus JOH. LUDOVICI KÖNIG
 & JOHANNIS BRANDMILLERI,
 M. DC. LXXXIX.

XVII, 2181

Generosissimus ac Illustribus

D O M I N I S,

D. ADOLPHO, Fratribus
D. ARNOLDO-JUSTO, germa-
D. GUILHELMO-HENRICO, nis,

COMITIBUS in Bentheim, Tekleburg, Steinfurt &
Limpurg: D O M I N I S in Rheda, Wefelinghofen,
Alpen & Helfenstein: L I B B. B A R O N I B U S
in Lennep: Præfectis hæreditariis
Coloniensium, &c.

Dominis suis clementissimis Gratiam & Pacem
à DEO precatur

JOHAN. BUXTORFIUS.



Nter infinita Dei cle-
mentissimi in Ecclesiam, cuius
& Vos, Illustres & Generosiss.
DD. Comites, iutores estis, colla-
ta dona, Linguarum donum
tantum est, ut eo, tanquam me-
dio accommodatissimo, Dei vi-
vi & veri, cœli terræq; Creatoris, ipsiusq; sanctissimi
verbi cognitio inter gentes infideles, ab Ecclesia & Re-
publica Israëlis remotas, eruperit, propagata & con-
servata sit. Primitus enim Dei cognitio purior & perfe-
ctior vigebat tamum in populo uno, circumscrippta lin-
guâ unâ, nempe Hebraâ in populo Hebræo, quem solam

: 2

דברי הספר אל עין הקורא

שאל, סתו הבחורים קרבו כל הנ- ארים ערים
נופת תטוף-נה שפטותי עם אלה חרד ברים ברם
מי חוסרו כל- הפלין שבין כד הס פרים פרים
באתי מושה שבעתים סר יני מש- מרים מרים
נסמן על- מראה מקום פמלוין בס דרים דרים
חרטום יפה מכלול יופי לא סר בין תרג זרים גרים
דרבי ישר מכשול הופר תחוו בו מ- שרם שרם
פי חאלם אפתח עני כל ר עברים עוריים
רבם אחכים אם ישמי אם אחר נמר סרים סרים
אתן לך במעט בקח אל- משמעתי שרים שרים:

XVII, 2181



DEDICATORIA.

res, qui S. Scripturam ex Hebrea in Graciam linguam ipsi transtulerunt, idq; circa annum C. C. LXXX. ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos, re bene gesta, cum muneribus amplissimis Hierosolymam remittit. Hic demum prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad DEUM jacintur; hic cognitionis DEI inter gentes sparguntur semina, quae paulatim in culmum assurgere, & postmodum, irrigante Christo & Apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant; hic que ter mille & aliquot centenos annos à condito mundo gentes latuerant, communi & longè lateq; tum patente lingua innotescunt; hic thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, & ne terrā quidem dignas ante a judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit DEI consilium, ut illi ipsi, qui Messiam, CHRISTVM DOMINVM spreturi & rejecturi erant, CHRISTVM gentibus amplectendum manifestarent: ut Verbum, quod sibi solis à DEO concreditum semper gloriati erant, nunc ultrò & fideleriter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Eusebius scribit, ne si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quā erga Christum & Christo fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quād avidē autem ea accepta, & latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus adeò in Ecclesiis per vulgata erat, ut jam Verbum

EPISTOLA

DEVS profuso beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculinū sibi elegerat, & Fædus gratia, Verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cum vero populus iste, progressu temporis, majori ex parte perfidus & refractarius fieret, statuit DEVS, per iniquissimā populi malitia & ingratitudine offensus, fædus suum tantum in reliquis fidelibus conservare, & in refractariorum locum exteris gentes assumere, easq; ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatis factum, & equidem consilio DEI sufficiendo, ac providemis admirabili. subiraxit Iudeis immorigeris animarum pastores Prophetas. justulit Reges tutores corporum, & conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum caperunt magis magisq; pessimum ire, religio concidere, secta irrumperet, culius verus DEI labascere & infictum converri. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, distrahebantur in vicinas gentes, ac inter eas Aegyptiis & Gracis adeò familiares facti sunt, ut & linguam Graciam singulari. DEI consilio addidicerint. Interea suscitat DEVS animum Ptolomai, Aegyptiorum regis, quem Philadelphum cognominarunt, ut, cum esset omnium scientiarum & sapientium virorum amansissimus & cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebraeorum sibi describi, ac maxime Legem ipsorum per noscere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazarum summo Iudeorum Pontifice septuaginta duos selectissimos viros,

DEDICATORIA.

quam, id est, Hebraicam dicit, ac de novo Vetus Testamentum ex Hebreo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epist. ad Pammachium: Aquila proselytus & contentiosus interpres, non solum verba, sed etymologias verborum transferre conatus est, &c. Et comm. in Jesajam cap. 4. De Aquila autem non miror, quod homo eruditissimus linguae HEBRAICAE, & verbum è verbo exprimens, &c.

Anno Christi CLXXX. sub Imp. Commodo innuit Theodotionis Pontici interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris: Post hunc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus & ipse illius hæresi, & ad Judaismum declinans & circumcisus. & HEBRAEORUM linguam ipsorumque elementa edocitus, privatim etiam ipse interpretationem, & pleraque consonanter cum Septuaginta duabus, edidit.

Anno Christi CC. sub Imperatore Severo, Symmachus, & Samaritanis ad Judeos in Christum credentes (appellantur Judei, quod circumcisionem retinerent) deficiens, novam Sacrae Scripture interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in cap. 32. Ierem. scribit, quod non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis, juxta intelligentiæ ordinem, expresserit.

J: 4

EPISTOLA

rum DEI planè ab Hebreis ad Græcos transisse videntur. Hac itaque Verbi divini inter gentiles, per translationem ex lingua Hebræa in lingua Græcam propagati, exoptata & salutaria fuere initia.

CHRISTO in plenitudine temporis mundo exhibito, ut DEI nomen celebre ab oriente in occidentem usque redderetur, rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuique genti & nationi secundum suam linguam predicaretur & impotesceret. Quocirca anno CHRISTI XXXIV. in festo Pentecostes, Iudeis ex omnibus nationibus Hierosolymis congregatis, ac diversis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in Apostolos cœlitus mittitur, & cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari, ut est Actor. 2. v. 4. ita ut singule nationes eos suā lingua loquentes, maximo cum stupore audirent & intelligerent. Locuti etiam sunt postea omnium istarum gentium linguis, ad quas egressi sunt, ut CHRISTVM predicarent.

Post Apostolos Verbum DEI scriptum, Veteris quidem Testamenti, Septuaginta interpretum Versione Græcâ, Novi autem ab Evangelistis & Apostolis itidem Græcâ linguâ comprehensum, in Ecclesiis populi DEI permanet, cuius puritas beneficio linguae Hebraica conservata fuit.

Circa annum Christi CXXIX. sub Imperatore Aelio Hadriano, Aquila Ponticus ex gentili Christianus, ex Christiano Iudeus factus, Iudeorum lingua,

DEDICATORIA.

ciani martyris exemplaria probat: Mediæ inter has Provinciæ Palæstinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus evulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifariâ varietate compugnat. *De Luciano Martyre scribit Eusebius*: Ipse omnes libros sacros rursum sumpxit, & ex lingua renovavit Hebraica, quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis corrigendis plurimum laboris conferens.

Circa annum Christi CCCC. Hieronymus Stridonensis, omnium Christianorum primus, cum ante viginti annos Hierosolymis à Judeis linguam Hebraicam discere cœpisset, Biblia Hebreæ in Latinam translulit, & in occidentales Ecclesiæ Verbum DEI propagavit. Translatio ipsius longè latèrè ab Ecclesiis acceptata fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: unde non tantum Translatio ipsius graviores depravationes pessa est, quam nunquam ante a Biblia Graeca (qua subinde habuere) sed & in universa doctrina Ecclesiæ, horrede renebra oborta sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.

Anno Christi M. CCC. Nicolaus Lyranus Hebreice peritus, Biblia Latina commentariis quidem illustravit; at de textu Latino cum fonte Hebreo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.

Tandem DEV S, clementer Ecclesia sua misertus, excitavit circa annum M. D. linguarum studiosissimos & peritos viros, qui turbatorum lacuum

15

EPISTOLA

Anno Christi CC XIX. Imper. Anton. Caracalla, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Jericho aliam Sacrae Scripturæ ex HEBRAEO in Græcum interpretationem, quæ Quinta editio appellata fuit.

Anno Christi CC XXX. denuò nova reperta est Interpretatio, quæ Sexta editio dicta. De hac Epiphanius citato libro: Posthunc regnavit Alexander filius Mameæ annos tredecim: in medio horum temporum inventa est Sexta editio in Nicopoli ad Orientem sita.

Origenes circa hæc tempora, studio conservande Sacra scriptura in Ecclesia adductus, conjunxit primum quatuor priores Græcas, LXX, Aquile, Theodotionis & Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent; eaq[ue] appellata fuere Biblia Tetrapla. Postmodum premitens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum & eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea Hexapla. Denique cum inventæ essent Quinta & Sexta editiones, eas quoque prioribus distinctis columnis, addidit; unde emanarunt Octopla, ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.

Circa Annum Christi CCC. & paulò ulterius, LXX. Interpretū Translatio emendata fuit per Lucianum Martyrem & Hesychium. De his Hieronymus in prefat. lib. Paral. sic scribit, Alexandria & Egyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat autem: Constantinopolis usque Antiochiam, Lyciani

DEDICATORIA.

nem, perpetuis textis notis diligentissime illustratam, Ecclesie exhibuerunt. Præter hosce publicos in universam Ecclesiam redundantes labores, privatim etiam singule penè nationes, in sua lingua vernacula Versiones biblicas hoc seculo consecuta sunt.

Vidimus Verbum D E I, per beneficium cognitionis lingue Hebraice, inde à tempore LXX. Interpretum, à tribus scilicet fermè seculis ante natum Christum, in sua puritate conservatum, aut, cum longinquitate temporis & librariorum incuria depravatum esset, ad suam puritatem, quantum quidem di vina gratia humane concessit industrie, ad hæc usq; tempora reductum esse. Quanta itaq; laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt & propagarunt? Inter hos post Hieronymi tempora, Christianorum primus fuit Joh. Capnion Phortzensis, vulgo Reuchlin dictus, V. J. D. & Max. Imp. ac Eberhardi primi Virtebergensis Ducis consiliarius & totius Suevia Triumvir. Hic An. Christi 1494. edidit librum de Verbo mirifico, arcanâ Hebræorum sapientiâ refertum: An. 1506. Gramaticam & Lexicon Hebraicum, & decennio post, Libros tres de arte Cabalistica. Hunc antigerunt in Hispania Petrus Galatinus: in Italia Felix Pratensis, Daniel Bombergus, Elias Levita Judeus Germanus Roma iunc degens: in Gallia Santes Pagninus, Guilelmus Postellus, Franciscus Vatablus. Subsecuti sunt Joh. Mercerus, Cornelius Bertramus, Anton. Rodolphus Cepha-

EPISTOLA

perfisi, Scripturam sacram ex fontibus Hebreis abuerunt, eamq; vero suo nitor i restituere, agminatim conati sunt.

Anno Christi M.D.XV. in Hispania prodit in insigne Opus Biblicum Complutense, studio Francisci Ximenii, Archiepiscopi Toletani.

Sequenti anno editum est in Italia Psalterium Octoplium, Hebraice, Græce, Arabice, Chaldaice, cum tribus versionibus Latinis, & commentario ex Hebreis potissimum scriptoribus elaborato, per Aug. Justinianum Genuensem, Episcopum Nebiensem.

Anno Christi M. D. XXVII. in Gallia Santes Pagninus Lucensis, post Hieronymum primus Biblia Hebraea integra in Latinum fidelissime convertit.

Anno M. D. XXXIV. in Germania Sebastianus Munsterus, & paulo post, Sebastianus Castalio, si militer magna fide & diligentia Biblia Hebraea Latinè interpretati sunt.

Anno D. M. XLIII. prodiit Versio Latina Leonis Judæ, Theologi Tigurini, religione & fide summa elaborata.

Anno M.D.LXVIII. insecurta sunt Biblia Regia Hispanica, Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili, labore & diligentia admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Arianum Montanum adornata.

Postremo, viri incomparabiles Immanuel Tremellius & Franciscus Junius, suam quog; Versio-

nem,

DEDICATORIA.

quād sepiissimè lux infertur locis ab interpretibus nostris diversimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcumque, Vobis, Generosissimi DD. Comites, inscribere & dedicare volui, tūm, ut esset testimonium publicum memoris & grati mei animi, pro favore summo ac singulari multiplicijs benevolentia & clementia erga me vestrā, quam ante viginti annos primum in illustri schola Nassovia, deinde hic Basileæ, postremò etiam Argentine, magno meo cū gaudio expertus sum. Quæ benevolentia Vestra, ut perpetuam apud me memoriam promerita est, ita eandem quoq; in posterū erga me constantem futurā, haud dubius spero. Altera causa, quoniam Divina clementia Vobis dedit, ut sitis in eorum numero, qui Ecclesiæ & Scholæ fidei & liberales dicuntur & sunt nutriti: quæ virtute quæ major in principe & in eminentia constituto Dominatore esse potest? Praclarum profectio
κατόπθωμα per Inclytum Parentem vestrum D. AR-
NOLDVM bened. mem. Filius DEI prostitit, quod sublato in sublime VERITATIS VEXILLO Ecclesiæ inter tot turbas & immania rerum discriminare reformari, & Illustrem SCHOLAM STEINFVR-
TANAM, inter tot hostiles incursionses, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornat, feliciterq; exeret. Eo non tantum pietatis in
DEVM, & fidei in patriam fidosq; ac charos patriæ accolat, sed & benevolentie eterna exteros remotiores, testimonium edium est luculentissimum. Vigent enim illis

EPISTOLA.

Cephalerius: in Germania Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius, & plurimi alijs, qui vel Praeceptis vel Lexicis, vel uiroque, Hebraicum studium mirum in modum propagarunt. Adeò potens isto seculo fuit DEI erga Ecclesiæ suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas & profligandas.

Tam verò, ut ad vos, Illustres & Generosiss. D D. Comites, propius sermonem dirigam, cùm Divine providentia placuerit, me ex omnibus minimum ad docendam linguam Hebraam in celeberrima Basileensi Academia vocare, studii pro viribus Spartani nactam exornare, & assiduitate augere. Etsi autem mea & mihi tenuitatis in hisce studiis probè conscius sim, tamen monente Apostolo, Ut quiique accepit donum, ita aliis in aliū illud subministrantes, boni estote dispensatores variæ Dei gratiæ, i. Pet. 4. v. 10. volui quoque qualiacumque dona, mihi ex gratia cōcessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc LEXICON HEBRAICVM & CHALDAICVM ad usum Studiosorum Theologie, qui magne molis libros circumferre nequeunt. In eo voces omnes Veteris Testamenti, quatenus illud Hebraicè, & ex parte Chaldaicè conscriptum, fidè curà explicantur. Non pauca etiam loca obscura & difficilia illustrantur. In subsidium adhibui Chaldeos & Hebraeos interpres, priscos & recentiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum autoritate quam

Eam enim dum paramus, fama ad nos defert, Frans
keræ idem & eadem excudi formâ. Neq; ea vana fuit.
Brevi enim pôst, accepto trium foliorum specimine,
plena rei fides nobis facta fuit, ut jam ad sufflaminan-
dum illum conatum nihil amplius fuerit consilii.
Non jam facti hujus enormitatem, quod facile pos-
sem, exaggerabo. Charitati, quâ profitemur, repugnat,
cum proximi dispensio suum querere compendium:
Juri & justitiæ, alienum sibi, invito & inscio Domino
vindicare, falcamq; suam in alienam messem mittere.
Hactenus à nobis opera data fuit, ut nec de exempla-
rium defectu, nec de pretii æquitate, nec de characte-
rum nitore, nec de chartæ bonitate (in postremis præ-
sertim editionibus,) neq; etiam de correctione, justam
conquerendi causam quisquam habere posset. Ut pla-
nè nesciam, quid novæ hujus editionis authores ad
hoc permoverit, nisi *axiopœdia*. Verùm benè habet:
ut plerunq; accedit, ut que præter jus & fas tentantur,
successibus & benedictione Divinâ careant, imò in no-
stram perniciem cedant & convertantur: ita idem hic
quoq; deprehendimus. Ex trium enim illorum folio-
rum, ad nos missorum, (literarum G, K, L, ex primo
alphabeto) inspectione & perlustratione, animadver-
timus illam tamē esse, ut nemo, qui eam vel primo
intuitu adspicerit, & cum Basileensi contulerit, eam
sit huic prælaturus, nedum si penitus introspicerit.
Characteres Hebræi usu & vetustate sunt attriti, ut li-
terarum & punctorum figuræ passim vel non perfe-
ctas, vel maculosas exprimant: Unde magnæ, tyro-
nibus præsertim, difficultates objiciuntur. Et, si maxi-
mè novi essent, tamen ad nostrorum elegantiam ne sic
quidē accederent. Basileensis editio triplices exhibit
characteres; Majusculos, quibus radices; Minusculos,
quibus derivata; minores, quibus exempla adducta
sunt

EPIST. DEDICATORIA.

Illic nunc variae doctrine erudita studia, aluntur in
principiis Scientiis viri Clarissimi & Doctissimi, con-
fluunt undiq; Juvenes & Studiosi literarum flagran-
tissimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantum ex hisce
Helvetia partibus, sed & ex aliis nationibus inde re-
deentes, liberales studiorum fructus illic acquisitos
prædicarent. Hanc laudem Pietate fundatam in lon-
ginquum profitebitur subsecutra posteritas. Quare
cùm Vos ipsi, Generosiſ. Comites, variarum lingua-
rum & rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis
& doctrinarum præclararū studia conservanda, cùm
Paternâ institutione, tūm proprio pietatis zelo, sum-
mè propensi sitis, optimam spem concipio, fore ut &
hosce meos conatus ad studium Theologie, quod in ve-
ra intelligentia Verbi divini, lingua Hebraicâ & Gra-
câ conscripti, fundamentum habet, promovendum,
benignè & clementer approbaturi sitis. Quod cum de
Vobis intellexero, abunde magnum horum studiorum
fructum consecutus videbor. Oro autem Filium DEI,
Jesum Christum, ut det Vobis diu videre Terram ve-
stram Pace, Concordiam, Religione, Disciplina florentem,
ad DEI gloriam & Ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ 17.
August. Anno Domini M.DC.VII.

PRÆFATI O CLAR. BUXTORFII AD Lectorem, Editioni sextæ præmissa.

EN vobis sextam, ex benedictione Divina, Le-
xici hujus editionem. Felix hæc distractio in-
escavit alios, ut illi quoque huic prædæ inhíarent.

Eam



JOHANNIS BUXTORFI
LEXICON
HEBRAICUM ET
CHALDAICUM.

אָבִיב

אָבִיב *Nomen mas. Culmus, Spica mutica, Exod.9.31. Arista virens, Lev.2.v.14. Inde mensis Exod.13.4. id est, Martius, quasi mensis Spicarum, quia hordeum tunc fuit spicatum, Exod.9.31.*

אָבָם *m. Viror, Virens, Fructus recens, forma ♀. Cum Affixo, בְּאַבָּו. In virore suo, Job.8.12. Plurale constru-*

etum, בְּאַבָּל. In virentia vallis, Cant.6.10.

אָבָנָה *m. Chald. Idem: Aff. בְּבִירָה אֲנֵבָנָה. Et dispergite fructum ejus, Dan.4. v.ii. וְאֲנֵבָנָה. Et recens fructus ejus, Dan.4.9. ubi 3 est loco Dagesch. Radix אָבָנָה. Primum vel præcocom fructum producere, legitur in Targum, Hos.9.10.*

אָבֶר *Periit, Interiit: Parti Benoni אָבֶר Periens, vel Perdita, Deut.32.28. in Pathach, propter constructionem, ut Aben Ezra recenset. Futur. אָבֶר Peribit, Proverb.19.v.9. in Tzere propter pausam. Chald. Futur. Peribunt, Jerem.10.v.ii. Pih. זָבֵר Perire fecit*

A

funt expressa: In Franekerana nonnisi duplices deprehendimus. Ut illud taceam, quod non debita sit inter characteres Hebreos & Latinos proportio; unde insignis deformitas oritur, à quovis, etiam rerum typographicarum imperito, deprehendenda.

Quod verò ad internam formam attinet, illâ profus caret ac destituta est, adeò ut sit instar putidi ac fœtidi cadaveris, omni vitâ destituti. Qui correctio ni præfuit, neque suam in hoc laboris genere probavit peritiam, neque diligentiam debitam adhibuit. Miratus sum, cum impressum, quod imitarentur, exemplar ante se habuerint, tot potuisse ab operis typographicis σφάλματα committi, ne dum à correctore relinqu. In tribus memoratis foliis quidem tantam inveni erratorum segetem, ut si (de quo non dubitandum) cætera ejusdem sint generis, plaustrum integrum ex toto opere sit convectaturus, qui huic mesli operam suam impendere voluerit. Id ne ex præpostero affectu à me dici videatur, oculis vestris subjicitur Catalogus erratorum in tribus foliis deprehensorum, isque non accuratè & rigidè, vel ad inviadim collectus: longè plura enim, secundùm leges typographicas, annotanda fuissent. Ex iis facile erit de toto opere judicare. Neque puto jam ultrius necessarium esse, ut Emptoribus editionem illam Franekeranam pluribus verbis vel argumentis dissuadeam, vel Basileensem, meā curā, à capite ad calcem, correctam & revisam, commendem. Qui mercis probæ ab improba discrimen exploratum habet, nunquam sapiet, hanc illi præferet:

En ergo ejus notas & characteres, &c. &c.

Videatur sexta Editio.

JOHAN-

3 buitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officia suis ministris, subditis aut domesticis, Patrum loco sunt, ut 2.Reg.5.13. Denique includit & Avum & Proavum: & pluraliter, quoslibet Majores: Constr. אָבִי & bis, Genes.17.5. Aff. אָתֶת אָבִי Cum patre meo, Genes.19.v.34. cum Kametz ad differeniam formae construenda. Plur. אָבוֹת אָבוֹת Patres, Majores; Constr. אָבוֹת Pa-
tres, vel Majores mei, Psal.39.13. Chald. אָבָּא: Aff. אָבָּא Pater tuus, Dan.5.11. אָבָּא Pater ejus, Dan.5.2. אָבָּא Pater meus, vers. 13. Plurale, אָבָּהָתִי Patrum meorum, Dan.2.23. cum Chirek loco Pathach: אָבָּהָתִי Patrum tuorum, Esrae 4.15. אָבָּהָתִי Patres nostri, Esrae 5.12.

אָבָּה m. Voluntas, Desiderium: Cum sum אָבָּה. id est, velocibus, in quibus homines citè compotes sunt Desiderii sui, perveniendo quod volunt & desiderant, ut explicat R. Levi Gerson, & R. David in lib. Rad.

אָבָּוִין m. Egenus, quasi Desiderans dictus: cum enim sit pauper & bonis destitutus, semper habere Desiderat, scribit R. Sal. Exod.23.6. Deut.15.4. Aff. אָבָּיוֹן Egeni tui, Exod.23.v.6. Plur. אָבָּיוֹנִים & Const. אָבָּיוֹנִים Egeni, Exod.23.11. Aff. אָבָּיוֹנִה Egenos suos, Psal.132.15.

אָבְּוִונָה f. Appetitus, Concupiscentia, Eccles.12.5. אָבְּוִי Heu, Eheu, Prov.23.29.

אָבֵי Ah, δ, Optandi & desiderandi affectum significans, Job.34.36. Quibusdam, Voluntas mea: Pater mi.

אָבְּחָה f. Cuspis, Mucro: Constr. אָבְּחָה מucronem gladii, Ezech.21.20. Interpretes Hebrew variant: alius Terrorem, alius Mactationem, alius Clamorem exponit, respiciendo ad Radices, גַּבְּחָה, per literarum commutationem,

Perdidit: Futurum, וְאָפְּדַת Et perdidite, Ezech.28.16. pro euphonie causâ. Hiph. Præterit. וְהַאֲפָּדָה El perdet, Num.24.19. Futur. אָבְּדָה Perdam, Jerem.46.8. & radicali abjecto, & Cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaicâ, assumpto. Chald. Infinit. Ad perden-dum, Dan.2.12. & in Aleph, v.24. לְהַזְבְּדָה Futurum, Perdes, v.24. יְהַזְבְּדוּ Perderent, v.18. in qui-bus & radicale mutatum in 1, & ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco &. Hoph. Præterit. הַזְבְּדָה Perditum fuit, Dan.7.11.

אָבָּל m. Perditio, Num.24.20. Psal.119.176. Quibusdam manet Particip. Kal. Et forma. שְׂרֵךְ Vitis generosa. **אָבָּהָתִי** f. Res perdita, sive amissa, Lv.16.v.3. Constru-ctum, לְלַלְּ אָבָּהָתִי Omni rei amissione fratris tui, Deu-ter.22.3.

אָבָּרוֹן m. Perditio, Perditionis locus, Interitus, Jo-bi 28.22. Prov.15.11.

אָבָּהָתִי f. Idem, Prov.27.20.

אָבָּהָתִי m. Idem: Constr. בְּאָבָּהָתִי In perditionem co-
gnationis mee, Ephi.6.8. juxta Aben Ezra.

אָבָּהָתִי m. Idem, Ephi.9.5, quod juxta R. D. Kimchi posuit esse Infinitum Pibel, & paragogico, & Dagesch ejecto.

אָבָּה Voluit, Acquieavit: Construitur sapè cum Dat. & fere additâ negatione: Præt. לֹא אָבָּה, & non acquieavit mihi, Psalm.81.12. וְלֹא אָנוּסָה & non voluerunt, Jes.28.12. cum & paragog. Fut. אָל תָּבָא Ne acquiescito, Prov.1.10. ubi prima radicalis abjecta, & tertia in & mu-tata est.

אָבָּ m. Pater, à propensa Voluntate erga liberos, quasi Bene-
volus dictus: Item Author, Inventor primus, Genes.4.v.20. Doctor, 2.Reg.2.12. id est, רְבִי juxta paraphrasten Chaldaeum: Sacer, affinitate pater, 1.Sam.24.v.12. Tri-
buitus

אָבֶ

אַבְתִּים *Pepones.* *Quidam volunt esse Nomen quatuor literarum. Vide infra in* בְּתַח.

אַבְרֵ *Hithpah. Elevari, Elevare se: Futur. Elevabunt se, juxta Aben Efram, Jesa. 9. v.18. Quidam, In minutissimum pulverem abibunt, quasi ab אַבְקָה Caph & Koph permutatis.*

אַבְלֵ *Luxit, In luctu fuit: Tribuitur etiam metaphorice Inanimatis. Praeter. אַבְלֵ תְּרוֹזֵשׁ Luget mustum. Jesa. 2.4.7. Hiph. וְאַבְלֵ Lugere fecit, Luctum attulit. Praet. אַבְלֵ Ludum attuli, Ezech. 31.15. Fut. אַבְלֵ חַלְלֵ El luctum attulit munitioni, Thren. 2.8. Hithpah. Praet. אַבְלֵ חַתָּאָבֵל Luxit, 1. Sam. 15.35.*

אַבְלֵ *m. Lugens; at 1. Sam. 6.18. juxta paraphrasten Chalda. & R. Sal. ponitur pro אַבְןָ Lapis, ut ex v.15. liquet. Est & Proprium nomen loci, à Luctu sic dicti, Genes. 50. v.11. Constr. אַבְלֵ Sicut lugens maris, Psal. 35.14. Plurale, אַבְלִים Lugentes: Constr. לְאַבְלִים צִוְּנָה Lugentibus Tzio-nis, Jesa. 61.3. Fœm. Plural. אַבְלִים Thren. 1.4.*

אַבְלֵ *Luctus, Gen. 27.41.*

אַבְלֵ *At, Ast, Sed, Verum, Veruntamen, Immō. אַבְלֵ Vide in בְּנֵי.*

אַבְנֵ *f. Lapis; metonymicè, Pondus, Deut. 25. v.13. Perpendiculum: Massa, ut Lapis plumbi, Zach. 5.7. Lapis stanni, Zach. 4.19. Aff. אַבְנֵוּ Lapidem suum, 2. Reg. 3.25. Chalda. אַבְנֵן Lapis, Esrae 5.8. & forma emphatica, אַבְנֵנָה Dan. 2.34. Plur. אַבְנִים Lapides, Pondera, Perpendicula: Constr. שְׂגָם Lapides onychis, Exod. 28.9. Aff. אַבְנִיהָם Lapidum eorum, Neh. 4.3. אַבְנֵה Lapides ejus, Deut. 8.9.*

אַבְנֵנִים *m. d. Sellæ parturientium, juxta R. Sal. Exod. 1. vers. 16. Selle, Tabula figurorum, Jer. 18. v.3. Forma dualis dupla formæ servit: plicate enim circumgestantur communitatis causâ.*

5

אָבֶ

אַבְנֵת *m. Balteus, Levit. 8.13. Aff. אַבְנֵת Et balteo tuo, Jef. 22.21. Plur. מִבְּנֵתִים Exod. 28.40.*

אַבְסֵ *Saginare: Particip. Pahul, אַבְסֵ Saginatus, Prov. 15.17. Plur. אַבְסִים I. Reg. 4.23.*

בְּאַיִן אַלְפִיָּם *m. Præsepe, quasi Saginatorium: Cum non fuerint boves, præsepe mundum est, Proverb. 14.4. Plur. cum Affix. אַבְסִים Præsepia tua, Job. 39.12.*

אַבְנֵת *m.p. Granaria; Aff. מְאַבְנִית Granaria, Horrea ejus, Jer. 50.26.*

אַבְקֵ *m. Pulvis, Pulvisculus: Const. אַבְקֵ Pulvis pedum ejus, Nah. 1.3. Aff. אַבְקֵ Pulvis eorum, Ezech. 26.10.*

אַבְקָה *f. Idem: unde Constr. מְלֵל אַבְקָת רְכֵל Pra omni pulvere aromataui, Cant. 3.6.*

אַבְקָה *Niph. Luctari, quod hoc in pulvere fieret: Unde Fulvâ luctantur arenâ, apud Virgil. In arenam descendere. Futurum, וְאַבְקָה Et luctatus est, Gen. 32.24. Infim. cum Aff. בְּהַאֲבָקָה In luctando ipsum, Gen. 32.25.*

אַבְרֵ *m. Robustus, Fortis, Potens, Validus: Constr. אַבְרֵ יַעֲקֹב Robustus Jacobi, Gen. 49.24.*

אַבְרָאֵל *Fortis Israëlis, Jef. 1.24. Apud Rabbinos, אַבְרָאֵל Roborare, Obfirmare.*

אַבְרֵי *m. Idem: Ut potentissimus, Jesa. 10.13. pro אַבְרֵי & juxta Majorethas legendum. כְּבֵיר & אַבְרֵי Robusti: synecdochice Tauri, Juvenci, Equi, quod his Robur competit: unde Fortes invertant tauri, apud Virgil. Et, Non fortitudine equi delectatur, Psal. 14.7. 10. Constr. אַבְרֵי בְּשָׁנָה Robusti juvenci Baschanis, Psal. 22.13. Aff. Fortes meos, Thren. 1.15.*

אַבְרֵ *m. Penna, Ala, quod in iis Robur avium sit: אַבְרֵ פְּינָה Alas quasi columba, Psal. 55.7.*

gionum dicuntur. Aff. אָרֶן Agmina ejus, Ezechiel.12.
vers.14.

אָנָר Collegit, Congessit, Comportavit: Præter.
אָנָר בְּקִיּוֹר Comportat in messe, Proy.6.8. Part.
Congregans in estate, Prov.10.5.

אָנוֹרָת Vide in גָּדוֹר. Quidam tamen hinc deducunt, quasi sit
forma בְּשֻׁרוּת: Vide R. David in Michlol.

אָנוֹרָת fœm. Epistola, Literæ, sic dictæ quod in ea varia
res Comportentur, Nehem.6.5. Chald. אָנוֹרָת f. Epistola
Efr.4. v.8. Emphat. אָנוֹרָת v.ii. & sine 8 in fine,
Efr.5.6. Plural. אָנוֹרָות Epistola, Neh.2.7. Aff. אָנוֹרָת הַסְמֵךְ
Literas suas, Neh.6.17.

אָנוֹרָט m. Pelvis, Pollubrum: Plur. Constr. אָנוֹרָט
Pelves auree, Efra.1.9.

אָרָב Hiph. Cruciat. Infim. וְלִיאָרָב Et ad
cruciandum, I. Sam.2.33. Vide רָאָב.

אָדָם Rubere, Rubrum, Rufum esse: Præt. אָדוֹם
Rubebant, Thren.4.7. Pyh. Part. מְאָדוֹם Rubi-
catus, Nah.2.3. Plural. מְאָדוֹם Rubricata, Rubefacta,
Exod.25.5. Hiph. Futur. אָס יְאָדוֹם Si rubra fuerint,
Jesa.1.v.18. Hithp. Futurum, יְאָדוֹם Cum rubescit,
Proverb.2.3.31.

אָדוֹם m. Ruber, Rufus, Rubicundus: Plural. מְאָדוֹם
Rubentes, 2.Reg.3.22, Fœm. אָדוֹם Rufa, Num.19.2.

אָדוֹם m. Pyropus, Rubinus, lapis pretiosus, Exod.28.17.
& 39.10. Ezech.28.13.

אָדוֹם m. Homo, quia fuit creatus עַפְرָם חָרְמָה Pulvis
ex terra, Genes.2. v.7. Interdum Generalitatem utriusque
sexus significat: interdum distributivè, Quisque, ut Le-
vit.1.v.2.

אָדוֹמָה Terra, culta propriè, Rubri sive argillacei coloris:
Constr. אָדוֹמָה קָדְשָׁה Terra sanctificata, Exod.3.5. Aff. עַבְדָּן

אָבָרָה f. Idem, Job.39.v.16. Aff. אָבָרָה Alas suas, Deu-
teronom.32.v.11. Plur. cum Aff. אָבָרָות Pennæ ejus,
Psal.68.14.

אָבָרָת Hiph. Volare: Futurum, יְאָבָרָת Volabit accipi-
ter, Job.39.29.

אָנָדָה f. Fasciculus; metaphorice, Cuneus,
Agmen militum: Constr. אָנָדָה אָזֶוב Fascicu-
lus hyssopi, Exod.12.v.22. Aff. אָנָדָה Et cuneum suum, id
est, hominum & animalium turmas, Amos 9.vers.6. Plur.
אָנָדָה Fasces, Sarcinae, Jef.5.8.6. Quidam deducunt à
נדָה, ut tradit Aben Efra, Gen.7.11. unde תְּלִתְמָה Turma.

אָנוֹן m. Nux, juxta Hebraos interpretes communica-
ter, Cant.6.10. Quidam, Tonsio, Putatio, Collu-
catio, quasi à נָנוֹן.

אָנוֹל m. Gutta: Plur. constr. לְגַתְּתָל Guttas
roris, Job.38.28. Ab. Efra vult, & esse formativum:
R. Levi explicat per טִיבָּה.

אָנוֹם m. Stagnum, Jesa.35.v.7. Plural. אָנוֹם
Stagna, Jesa.42.15. Constr. Et stagna
aquarum, Jesa.14.23. Aff. אָנוֹם stagna eorum, Exod.7.
v.19. ex quibus Dagesch euphonie causa ejectum est, aut sunt
à forma אָנוֹם inquit Kimchi. R. Sal. hic scribit: אָנוֹם est col-
leccio aquarum non scaturientium neque fluentium, sed stan-
tium in loco uno.

אָנוֹמָה m. Juncus, à Stagnis, in quibus crescit, Jesa.58.v.5.
Cortina, Ahenum majus, Job.41.11. quomodo וְ Mare,
ad vas amplum refertur, ut est suo loco. Aben Efra,
Stagnum, ex aëris calore fumans.

אָנוֹן f. Crater, Cant.2.7. Plur. In crateri-
bus, Exod.2.4.6. Jesa.22.24.

אָנוֹפִים masf. Plural. Alæ; metaphorice, Agmi-
na, quomodo Latinis Alæ equitum, Alæ le-
gionum

אָרֶן Colens terram suam saturabitur pane,
Prov.12.11. Plur. אָרְמֹת Terra, Psal.49.12.

אָרְמָרֶם Subrubidus, Levit.13.42. Fœm. אָרְמָרֶם Subrubida, v.43. Plur. אָרְמָרֶם Subrubidis, Lev.14.37.

אָרְמָרֶם m. Stylobates, Basis, Exod.38.27. Plural. אָרְמָרֶם, & Const. אָרְמָרֶם Exod.26.37. Aff. אָרְמָרֶם Et stylobatas eorum, Exod.38.10. אָרְמָרֶם Bases ejus, Job.38.6. אָרְמָרֶם Bases ejus, Exod.35.11.

אָרְנוֹן m. Dominus, de Deo & Hominibus, Jos.3.11. Mich.4. v.11. Aff. אָרְנוֹן Dominus meus, Gen.23.15. de Abrahamo. Plur. אָרְנוֹנִים Domini. Dicitur de uno & pluribus. De uno Abrahamo, Gen.24.9. Paphare, Genes.39.2. Pharaone, Genes.40.1. Josepho, Gen.42.30. vide Jud.3.25. 2.Sam.20. v.6. De uno Deo, Psal.136.v.3. Mal.1.6. Constr. אָרְנוֹן. Aff. אָרְנוֹן Domini ejus, pro, Dominus ejus, pasim. Semel de Angelis, Genes.19.2. quod viri esse putarentur. Sic, אָרְנוֹן Domini tui, singulariter, Genes.24.51. Domini mei, cum Pathach de hominibus; אָרְנוֹן cum Kametz, de Deo & Angelis divinis, & habet sensum singularem. De Angelis, quando ut legati Deum & Dominum suum referunt, Genes.18.v.3.27.30.31.32. Iudic.6. v.15.22. Cæcerum אָרְנוֹן Deo sic scriptum & lectum, invenitur centum triginta quatuor loci, que Masoreth annotarunt. Septem ex illis sunt לאָרְנוֹן, quinquaginta.

אָרְנוֹן Chald. Tunc: בְּאָדֵין In tunc, per Pleonasnum, Dan.2. Oritur ex Heb. אָדֵין vel commutatio in אָדֵין.

אָרְנוֹן Niph.Partic. נָאָרְנוֹן Magnificus, Exod.15.v.11. Cum' paragogico, Magnificum exhibes te, Exod.15.v.6. Hiphil. הָאָרְנוֹן Magnificavit, Magnificum reddidit, Futur. יְאָרְנוֹן Et magnificum reddidit, Tesa.42.21.

אָרְנוֹן m. Magnificus: Validus, Aff. אָרְנוֹן Magnificus ejus,

אָרֶן ejus, Jer.30.21. Plur. אָרְרִים Constr. Magnifici pecoris, Jer.25.34. Aff. אָרְיָה Magnifica tui, Nah.3.18. m. Magnificentia, Zach.11.13. Item, Toga, Palium magnificum, Mich.2.8.

אָרֶרֶת m. Adar, mensis Februario nostro respondens, Esth.3.7. Chald. לְבָרֶח אָרֶרֶת Mensis Adar, Exrae 6. v.15. vide 2.Machab.15.37, ubi dicitur, esse vocem Syriacam.

אָרְרָת f. Magnificentia: Toga, Jos.7.21. Aff. אָרְרָת Togam magnificam suam, Paludamentum suum, Jon.3.v.6. אָרְרָת Magnificentia eorum, Zach.11.3.

אָרְרָת Chald. Area, in Targum sèpè: Plurale Constr. מִן אָרְרָת קִיט Ex areis aestatis, Dan.2.35.

אָרְגּוֹנִים Chald. m. p. Senatores, Judges, Dan.3.v.20. Sunt qui ex אָרְרָת Magnificus, & בָּרוּ Decrevit, compositum existimant, quasi Judges magnificos dicas. אָרְרָת Chald. Sedulo, Diligenter, Esth.7.3. m. Drachma: Plural. אָרְרָת Drachma, 1.Par.29. v.7. & Esra 8.27.

אָרְבָּה Amavit, Dilexit: Partic.fœm. Cum' paragogico, Amans, Hos.10.11. pro אָנְבָּהָת. Futur. Diligam, Proverb.8.16. ex forma Chaldaica: Amabitis, Prov.1.22. pro תְּאַהֲבָה ut Aleph audiatur: Quidam tamen ex Pibel esse volunt. Niph.Particip. Plur. Amantes se, Dilectissimi inter se, 2.Sam.1. v.23. Pih. Partic. הַנְּאַהֲבִים Amantes, Amatores: מַאֲהָבִים Amantium me, Zach.13.6.

אָרְבָּה m. p. Amores, Prov.5.19. אָהָבִים Prov.7.18. f. Amor, Dilectio: Const. אָהָבָת נְפָשָׁת Amore anima sua, 1.Sam.20.17. Aff. אָהָבָת Amor meus, Psal.109.4. Ahah, Ah, Jud.6.22. Interjectio dolentis. Alias תְּהִנָּה Ezech.30.20.

אָזֵן Pih. Expetivit, Concupivit, Desideravit :
Præt. אָזֵן Désidero te, Jes. 26.9. Futur. אָזֵן
Desiderabit, Deuter. 12. 20. Vide in נְאֹרֶת.
Hith. Desiderat, Prov. 21. 26. Vide in תְּהִוָּה.
אָז m. Desiderium, juxta quosdam, Proverb. 31. 4. vide ס in זָאָז.
אָזָה f. Desiderium: Constr. אָזָה נְפַשֵּׁךְ Desiderium animæ tuae, Deut. 12. 15. Aff. בָּאָזָה In desiderio meo, Hos. 10. 10.
תְּהִוָּה f. Idem: Constr. תְּהִוָּה לְבָוֶן Desiderium cordis ejus, Psal. 21. 3. Aff. תְּהִוָּה Desiderium meum, Psal. 38. 10. Vide aliam ejus significationem in תְּהִוָּה.
מְאֹזָה m. p. Idem : Constr. מְאֹזָה רְשֻׁעָה Desideria improbi, Psal. 140. 8.
אָזְחִים m. p. Aves ferales, Animalia terribilia, Jes. 13. 21. Variant interpretes.
אָזֵי Eheu, Væ, Ezech. 16. 23. Et cum ה paragogico אָזֵי
Hei, Heu, Psal. 120. 5.
אָזָל Fortassis, Fortasse, Forsitan. Est bene sperantis potius, quam dubitantis. Inde R. Salomon Genes. 50. 15. vult etiam Optantis esse, idem quod ל' Utinam. Potest etiam ad אלה referri.
אָזָל m. Robur: Cum Aff. אָזָל Robur eorum, Psal. 73. 4.
Affine est ipsi ל'.
אָרְסָה Profecto, Certè, Veruntamen, Gen. 28. 19. Confirmandi particula, quasi ab אָל. Vide ס infra in אָרְסָה.
אָזְלִיָּה Stultus, Prov. 12. 15. Idem, Zach. 11. 15. Plur. אָזְלִיּוֹת Stulti, Prov. 1. 7.
אָזְלִיתָה Stultitia, Res stulta, Prov. 19. 3. Aff. אָזְלִיתָה Stultitia mea, Psal. 38. 6.
אָזְלָל Stulte agere, pro נְאֹל Vide in אל.

אָהִי Ubi? Hos. 13. 10. 14. quasi pro אָיְה posatum. Aliis est Futurum, Ero, per Apocopam pro הִיְהָ ab אָהִי .
אָהָל m. Tentorium, Genes. 4. 20. Aff. אָהָל Tentorium ejus, Gen. 13. 3. cum ה in fine loco Van : Tentorii mei, Jos. 7. v. 21. cum Articulo ה & Affixo ; vide Thesaurum nostrum Grammaticum, lib. 2. cap. 5. in fine : Plur. אָהָלִים & אָהָלִת : Constr. אָהָלִי. Aff. תְּאָהָלִי ? In tentoria sua, Jud. 7. 8. מְאָהָלִק A' tentoriis tuis, Job. 22. 23. Cholem manente vel mutato.
אָהָל Tentorium figere, tendere, vel movere. Futur. וַיַּאֲהָל Et tentoria movit, Genes. 13. 12. Hiph. Futur. תְּאָהָל Tentorium figet, Jes. 13. 20. pro יַאֲהָל abjectâ primâ radicâli: אָהָל, Vide in ל' הַל.
אָהָלִים m. p. Santali, arbores præstantissimæ, Num. 24. 6. cuius ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet ex Prov. 7. 17. Et Fœm. Et santali, Cant. 4. 14. Et sic Psal. 45. 9. Vulgo Aloen reddunt.
אָז Aut, Vel, Sive : Volunt quidam, pro Et, Si, quandoque sumi ; sed non necesse est.
אָזָב m. Pytho, qui responsa dando diabolis artibus homines à Deo avocat, Levit. 20. 27. Plural: אָזָבִים Pythones, Lev. 19. 31. Item Utres; unde, Sicut uires, Job. 32. v. 19. Hinc Pythonis significatio juxta Aben Esram, quid ex tumido ventre, quasi Utre, oracula depromeret. Inde & γαρεπιμυθος dictus fuit.
אָזָדָה על אָזָדָה, אָזָדָה Propter, Causâ, De; semper precedente particulâ על, pro qua sensu legitur ל' 2. Sam. 13. 16. Aff. על אָזָדָה עַל Mei causâ, ו' cui causâ, Jos. 14. 6.
אָזָד m. Titio, Torris : Amos 4. ii. Titios fumigantes, Jes. 7. 4.

לְמַאֲוֹר Jesa. 26. vers. 19. sic dicta, quod suo virore oculos illustrerent, ut Talmudici scribunt in Joma fol. 18.

לְמַאֲרִים m. Ignis, à Lucendo: Focus, Jesa. 50. II. Plur. In ignibus, Jes. 24. 15. Item, Urim, pectorale sacrum summi sacerdotis, oraculo in rebus dubiis serviens. **לְמַאֲתָה־הָאוּרִים** Et Urim, Exod. 28. v. 30. Aff. תְּפִיךְ אַוְרִיךְ Thummim tui, & Urim tui, Deuter. 33. 8. quæ qualia fuerint, non scimus, scribit Aben Esra, Exod. 28. v. 5. Apud Talmudicos legitur, אַוְרִים dicuntur, שְׁפָאֵרִים את דבריהם quia illustrant & explicant verba ipsorum: autem תּוֹפִים את דבריהם, quia perficiunt verba ipsorum: Joma cap. 7. in fine. Vide Aben Esram dicto loco, & R. Salom. Exod. 28. 30. & ibidem Targum Jonathanis. Cessarunt post Templum primum, Sota fol. 4. 8. 2. **לְמַאֲוֹרוֹת**, Vide in אֶרְהָא.

לְמַאֲוֹר m: Lumen, Luminare: Constr. לְמַאֲוֹר פְּנֵיךְ Lu-
mini vultus tui, psal. 90. 8. Plural. Constr. Lu-
minaria lucis, Ez. ech. 32. 8. Fœm. Plur. Gen. 1. 16.
לְמַאֲוֹרָה f. Caverna, Specus: Constr. על קָאוֹרָה צְפֻעָנִי. Super specum viperæ, Jes. 11. 8.

לְמַאֲתָה c. Signum, tam nudum, quam prodigiosum, Ge-
nes. 4. 15. Plural. מַאֲתָה signis, Exod. 4. 9. לְמַאֲתָה?
In signa, Genes. 1. 14. Aff. אַתְּ Signa mea, Numer. 14. 22. Chald. אַתְּ: Plur. אַתְּ Signa, Dan. 6. 28. Emph. אַתְּ. Dan. 3. 31. Aff. אַתְּ Signa ejus, v. 32. אַתְּ תֹּוֹתְּ vide in אַתְּ.

לְמַכְנָה Tunc: Futurum cum hac voce, plerumque convertitur in Præteritum, ut docet Aben Esra Exod. 15. 1. יְמִינָה Idem, Psal. 124. 3. אַתְּ מִן A tunc, Ex tunc, id est, A quo tempore, Ex quo Jer. 44. 18. יְמִינָה Idem, Genes. 39. 5. vel A tunc, pro, Ab æterno, Ante ullum tempus, Psal. 93. vers. 2. Proverb. 8. vers. 22.

לְמַבְנָה Chald. Accendi, Succendi, Partic. Pehil, Accensa, Daniel. 3. v. 22. pro מַבְנָה vel מַבְנָה Infinit.

לְמַבְנָה Vanitatis, iniquitatis tuae, Jer. 4. 14. מַבְנָה Iniquitatem ipsorum, Psal. 94. 23. Aliter mox. **לְמַבְנָה** masc. Robur, Potentia, Vires, Substantia, Opes, quomodo cum מַבְנָה convenit, ut D. Kimchi scribit, Hos. 12. v. 8. Sic autem dicuntur Opes, quod vel Robore, vel Iniquitate, aut molestia & labore parentur, aut quod homines Robur suum in iis ponant. Aff. אַוְנָה Substantiam suam, Job. 20. 10. Roborus ejus, Job. 18. 7. אַוְנָה Potentia mea, Gen. 49. 3. Plural. **לְמַבְנָה** Vires, Jes. 40. 26. Psal. 78. 51. At Prov. 11. 17. Chaldaeus & Aben Esra accipiunt ex significazione אַוְנָה, pro adjectivo, Iniqui, forma תְּזִבְנָה Boni. Vide & אַוְנָה.

לְמַתְּהָנָה m. q. Molestiæ, Ezech. 24. 12.

לְמַעַן Ursit, Arctavit, Preslit, Festinavit: Præt. מַעַן Festinabat, Jos. 10. 13. מַעַן Ursi, Jer. 17. 16. Hiph. Futur. וְמַעַן צו Et urgebant, Genes. 19. 15. Urgebitis, Jes. 22. 4.

לְמַרְטָב m. Præcepis, Festinus, Arctus, Augustus, Jos. 17. 15. Lucidum esse, Illuminari, Lucere, illucere: Præter. הַפְּקָר אָור Manè illuxerat, Genes. 44. 3. Niph. נָאָר Lucidum fieri, Illustrari, Illucere. Part. נָאָר Illustris factus es, Psal. 76. 5. Infinit. לְאָוֹר Ut illustretur, Job. 33. 30. Futur. וְלְאָוֹר Et illuxit, 2. Sam. 2. 32. Hiph. Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illustravit, Illuminavit, Incendit: & intransitive, Luxit, Reluxit: Præter. וְהַאָר Ut lux vel lucidum sit, aut lucem præbeat, Exod. 25. 37.

לְמַרְמָה m. Lux, Lumen: Aff. אָוֹר Lucem suam, Job. 36. 30. Plural. אַוְרִים Lumina, Ps. 136. 7. Quandoque Pluvia, juxta Hebreos: ut, אָוֹר, פְּנֵי עַנְצָה Spargit nubes pluviam suam, Job. 37. v. 11. Sic Targum. מַפְרִיר Pluviam suam: vide & v. 21. & 36. 30. Vide & R. Sal. Psal. 139. 11. אָוֹרָה f. Idem, Esth. 8. 15. Plur. אָוֹרָה Olera, 2. Reg. 4. 39. Jesa.

Accinctus, Psal. 65.7. Pih. אָזֵר, Futur. וְמִזְרַןִ Et accinges me, 2. Sam. 22.40. pro תְּהִזְרֵן ut pro eo legitur, Psal. 18.40. Hithp. Præt. הַתְּהִזְרֵן Accingit se, Psal. 93.1. Imp. הַתְּהִזְרֵן Accingimini, Jef. 8.9.

אוֹזֶר m. Cingulum, Cinctura, Jef. 11.5.

אֲחָז f. Focus: אָזַת הַאָחָז לְפָנָיו מִבְּעָדוֹ Et focus coram ipso ardebat, Jer. 36.22. Item Ah, Heu, Ez. ech. 6.11. & 21.v.15. Dolentis & gementis, quasi ab חַזְקָה vel pro חַזְקָה guturalib. נ & נ commutatis: וְלֹא & mox in חַזְקָה, & in חַזְקָה. אָחָז Euge, Psal. 35.21. Vox gestientis & insultantiis prælatitia, unde Chaldaeus plerunque eam veritit חַדְרוֹת Lætitia, ut Ez. ech. 36.2. Job. 39.28.

אוֹחִים Vide supra in חַזְקָה.

אָחָר m. Unus, Quidam, Primus: Per apocopam חַזְקָה Unum, juxta R. David, Ez. ech. 18.10. vel est Frater, juxta Targum, ab חַזְקָה ex forma Chaldaica. Per Aphæresin, חַזְקָה Ez. ech. 33.30. Chald. צָלֵם חַזְקָה Imago una, Dan. 2.31. Fœm. בְּשֻׁנְתָּה חַזְקָה In anno primo, Efr. 5. v. 13. Quasi hora una, Dan. 4.16. בְּחַדְרָה Quasi hora una, Dan. 4.16. סִמְנוֹן, עֲנוֹן, Pariter, Dan. 2.35. Plur. אָחָזִים Uni, id est, Idem, Genes. 11.1. Pauci, Gen. 27.44. & 29.20. לאָחָזִים In una, id est, unita, Ez. ech. 37.17. Fœm. אָחָת, & ad accentus pausantes חַזְקָה Una, contractum ex masc. pro ut docet Aben Ezra, Exod. 26.7. Hinc verbum in Kal pro Unire, Adunare se; unde posuit esse Futur. חַזְקָה, quod vide in חַזְקָה. Hithp. אָחָזֵת Uni te, Ez. ech. 21.16.

אוֹחִין Vide in חַזְקָה.

אָחָת m. Frater; Propinquus, Agnatus, Cognatus, & qui eadem professione, gente, morib. vel amicitia frater est. Pro Agnato, ut Lotho, Gen. 14.14. qui v. 12. dicitur filius fratris Abrahami: Pro Gentili Lev. 25.46. Pro Quolibet Proximo, Lev. 19.7. & Fratre moribus, Prov.

Infin. לְמִזְרַן Ad accendendum, v. 19. Aff. לְמִזְרַן Ad accendendum eam, ibid.

אֲזֹבֵךְ masc. Hyssopus, cuius in aspersionibus sacris erat usus, fasciculo ex eo factio, Exod. 12.22. ubi vide interpretes.

אֲזִיד Chald. Abiit, Exiit. Partic. fœm. אֲזִידָא Abiit, Dan. 2.5.8. Juxta R. Saadiam idem est quod אֲזִיל per commutationem ל & ז.

אֲזִיל Abiit, Digressus est, Profectus fuit. Præter. אֲזִילָה Abiit, Defecit, Deuter. 32.36. simile vide in שׁוב. Futurum, אֲזִיל Digredieris, Jer. 2.36. que sunt ex forma Chald. Chald. Præter. אֲזִילָה Domum suam abiit, Dan. 2.17. אֲזִילָה Profecti sunt, Efr. 4.23. אֲזִילָה Profecti sumus, Efræ 5.8. Imper. אֲזִיל Abi, v. 15. cum Tzere loco Chateph Sægol. Pyh. Partic. אֲזִילָה Abire factus, Vagus, Circumforaneus, Ez. ech. 27.19. Sic Kimchi. Quibusdam est nomen proprium. R. Salomon exponit Natum; pro אֲזִיל. Nam לְיִלְלָה Chaldaice Nere.

אֲזִיל m. Itio, Abitio, Iter: 1. Sam. 20.19.

אֲזִין f. Auris: אֲזִין Auris ejus, Jef. 33.15. Duale, אֲזִינִים Aures, Jef. 42.20. Constr. אֲזִין, Jef. 32.3. Aff. נְזִין Aures ejus, Jef. 11.3. בְּאֲזִינָם In auribus vestris, Deut. 5.v.1.

אֲזִין Pih. Attendit: Præter. אֲזִין Et attendit, Eccles. 12.9. Hiph. נְזִין Auribus percepit, Aures præbuit, Advertit: Partic. נְזִין Prov. 17.v.4. pro נְזִין. Sic Futur. אֲזִין Aurem præbui, Job. 32.11. pro נְזִין.

אֲזִינָה m.d. Lances, Statera, Trutina: Constr. פְּגַזְתִּי Lances doli, id est, dolosa, Prov. 11.1.

***אֲזִינִים** Vide in pp. Cinxit, Accinxit: Accinctus fuit: Præterit. אֲזִין Accinguntur, 1. Sam. 2.4. Niph. Part. נְפִזְתִּי Accin-



תא

17 Pihel præter alia etiam Precari significat, quasi Precantis & Optantis vox sit.

אַחֲמָת Chald. Arca, Scrinium, pro recon-
dendis Scriptis & actis regum & principum, ut Aben Esra & R. Sal. Jarchi putant, Esr. 6.2. Quidam nomen proprium Urbis esso existimant, Achmeta, Ecbatana vulgo, sic dicta, quod æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebreo סְמִטָּה. In Targum Esther reperi, אַחֲמִיטֵן דְּנַחֲשֵׁת Scrinia area, Esth. 1.4. in Venetis.

אַחֲר Post, Postea, Postquam: וְאַחֲרֵיכֶם Post, Postea, Postquam: Et postea, Genes. 15.14. Cum Aff. וְאַחֲרֵי Post eum, וְאַחֲרֵי Post te, וְאַחֲרֵי Post me, וְאַחֲרֵי Post vos, &c. Chald. Achri Daniel 2.29. Posthæc, Posthac, Daniel. 2.29. וְאַחֲרֵי Post eos, Dan. 7.24. וְאַחֲרֵי Postremo, Tandem, Dan. 4.5.

אַחֲר m. Alius, Alter, quasi Posterior. Plural. וְאַחֲרִים Alii, quod est quasi à singulari; & in Nun more Chaldaico, Job. 31.10. Fœm. וְאַחֲרָת Alia, Altera, Genes. 26.21. Plur. וְאַחֲרוֹת Gen. 29.27. Chald. וְאַחֲרִי Regnum aliud, Dan. 2.39. in quibus Apocopa literæ נ.

אַחֲרָה Retrò, Retrorum; Posterum, Posterius: Oc-
cidens, Plaga mundi Posterior, respectu Orientis, quæ dicitur, סְמִטָּה Anterior pars: בְּאַחֲרָה In posteriore parte, Ponè, Prov. 29.11. בְּאַחֲרָה A' posteriore parte, A' tergo, 2. Sam. 10.9. Retrorum, Psal. 114.3. In posterum, Jes. 42.23. Plur. Conſt. עַל אַחֲרָה Versus posterioritates, ſive posteriorem par-
tem, Exod. 26.12. Aff. וְאַחֲרֵיכֶם Posterior a eorum, Ezech. 8.16. **אַחֲרָה** m. Posterior, Posterius, Posterum, Postremum: וְאַחֲרָונִים Posteriora, Jes. 9.1. Fœm. בְּאַחֲרָונִים In postremo, id est, Postea, Deut. 13.9. לְאַחֲרָנָה In posterum, Postea, Eccles. 1.11.

B

תא

16

Prov. 18.19. Constr. וְאַחֲרָה: Aff. וְאַחֲרָה Frater meus, Gen. 20.5. וְאַחֲרֵם ejus, Gen. 4.2. וְאַחֲרָה Fratri suo, Num. 6.v.7. Plur. וְאַחֲרִים Fratres, Genes. 13.8. & ſic Hos. 13. v.15. ubi tamen Aben Esra & R. Sal. Pratum, Ulvam, vel Carectum, ex-
ponunt, pro וְאַחֲרָה, de quo mox. Constr. וְאַחֲרָה 2. Reg. 10.13. Aff. וְאַחֲרָה Fratres ejus, Jer. 49. v.10. וְאַחֲרָה Fratribus meus, Psal. 22.23. וְאַחֲרִים Fratres tuos, Genes. 48. v.22. וְאַחֲרָה Fratrum noſtrorum, Genes. 31. v.32. Chald. וְאַחֲרָה Fratribus tuis, Esr. 7.v.18.

אַחֲרִית f. Soror, Num. 25.18. Constr. וְאַחֲרִית: Aff. וְאַחֲרִית f. Soror mea, Job. 17.14. Plur. וְאַחֲרִיות, & Conſt. וְאַחֲרִיות, unde cum Aff. וְאַחֲרִיות Sorores ejus, Job. 42.11. Et contra-
clē. וְאַחֲרִית Et sorores tue, Ezech. 16.55.

אַחֲרִית, f. Fraternitas, Zach. 11.14.

אַחֲרִי m. Ulva, Carectum, vel simpliciter, Gramen, Job. 8. v.11. בְּאַחֲרִי In ulva, vel gramine, Gen. 4.12.

אַחֲרִית Chald. vide in וְאַחֲרָה.

אַחֲרִי Cepit, Prehendit, Apprehendit, Compre-
hendit, Tenuit, Posſedit: Hæſit, Cohæſit, ut
1. Reg. 6.6. Ezech. 41.6. Hærere fecit, adjecit, adjunxit,
ut 1. Reg. 6.10. Conſtruitur cum Accus. & ſapè cum 3. Niph.
נָחָז Captus, Detentus fuit, Posſessor conſtitutus
vel factus fuit. Præt. וְגַנְאַחֲרִי Et posſeffores fient, Num. 32.
v.30. cum & quiescente, ut in Futuro Kal. Part. וְאַחֲרִי Deten-
tus, Gen. 22.13. Plur. שְׁנָאַחֲרִים Qui capiuntur, Eccl. 9.12. Pih.
Partic. וְאַחֲרִי Continet, Job. 26.9. Hoph. Part. מָחָרִים
Comprebenſi, Coniuncti, 2. Par. 9.18.

אַחֲרִית f. Posſeffio: Conſtr. וְאַחֲרִית הַעִיר Et posſeffionem
urbis, Ezech. 45. vers.6. Aff. וְאַחֲרִית Et posſeffionem tuam,
Pſal. 2.v.8;

אַחֲל Utinam, 2. Reg. 5.3. Et in Pathach, וְאַחֲלִי,
Pſal. 119. vers.5. Sunt qui à חַלְה deducant, quod in
Pihel

אתן *m.* Funis, Funiculus, Filum : metonymie
Linteum, ex filis contextum : **אתון מרים** Fune
Egypti, id est, Linteus Egyptiacis, qua erant subtilissima,
Prov. 7.16. In Targum, אֲתֹנוּגִינוּן Funes eorum, Hebraice
Exod. 35.18. **אתונא** Fune, Heb. בְּחֵבֶל Jos. 2.15.
arter Clausit, Occlusit : Futur. אל תַּאֲפֵר עַל Ne
occludat super me, Psal. 69.16.

arter *m.* Praeclusus : **arter יְמִינָה** Praeclusus manu dexterâ suâ, Jud. 3. vers. 15. id est, Impos manu dexterâ. Fuit enim
Scaeva, ut Kimchi scribit.

אי *m.* Insula, Regio, Provincia, Jesa. 20.6. Plur. אַיִם
Psal. 79.1. Item Aves Insulanæ, Ululæ, Jesa. 13.22.
Insula, Ezech. 2.18. Constr. אַיִן Genes. 10.5. Vide
etiam אַיִת וְאַיִת. Item Væ, Eccles. 4.10. & 10.16.

אי Ubi? Vide mox iniah.

איב Inimicatus est : Præter. Et inimicabor inimicos tuos, Exod. 23.22.

איב *m.* Inimicus : Aff. אִינִיכָה Inimicus ejus, I. Sam. 24. v. 20.
Inimici tui, Exod. 23.4. Plural. אִינִיכִים & Constr.
Inimici : Aff. אִינִיכִי Et inimicos meos, Psal. 18.41.

איבת f. Inimica : Aff. אִינִיכָה Inimica mea, Mich. 7.8.

איבת f. Inimicitia, Genes. 3.15. Constr. אִינִיכָה אִינִיכָה perpetua, Ezech. 35.3.

איר *m.* Vapor: Interitus, Calamitas, Exitium, quæ
qua evaporant, Interent, & in nihilum quasi abeant :
Et vapor, Genes. 2.6. quod juxta Masoram legitur abs-
que'. Aff. אִינִיכָם Et calamitas vestra, Prov. 1.27. סְעִיר Ca-
lamitas ipsorum, Ezech. 35.5.

איזת f. Pica, Levit. 11.14. Cornix, Job. 28.
vers. 7.

איזה Ubi? Aff. אִיכָּזֶה Ubi tu, scil. es? Genes. 3.9. אָזֶה
ille? 2. Reg. 19.13. אָזֶם Ubi sunt illi? Jesa. 19.12.

Retrosum, Gen. 9.23.

אחרן *m.* Chald. Alius, Dan. 2.11. & 7.24.

אחרית f. Posteritas, Posterius, Postremum, Extre-
num, Ultimum, Finis, Consequens : & metonymie
Meres, ut Prov. 23. vers. 18. Chald. In
extremo dierum, Dan. 2.28. Aff. לְאַחֲרִיתוֹ Posteritati
ejus, Dan. 11.4.

אחר Moratus est, Tardavia, Distulit, quasi dicas, Post-
erioravit. Fut. אַחֲרָה Et moratus sum, Gen. 32.4. forma Chald.
cui simile in נַחַר. Pih. Præter. אַחֲרָה Distulit, Gen. 34.19.
Differunt, Jud. 5. v. 28. cum Segol ab initio loco Izere,
propter sequens Chatephsegol. Hiph. Futur. Et stirit
ut tardaret, 2. Sam. 20.5. cum נַחַד Rex Chaldaismo.

אחשדרפנים *m. plural.* Satrapæ, Esth. 3. v. 9.
Construct. לְאַחֲשָׁדְרָפְנִי הַמֶּלֶךְ Satrapis regis,
Esth. 8.36. Chald. אַחֲשָׁדְרָפְנִי Satrapæ, Dan. 3.2.

אחשתרנים *m. p.* Cursores regii, Esth. 8.10. juxta quo-
dam. R. Salom. Jarchi exponit Camelos velocissimos :
